Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Nepos Pauli

urn:nbn:de:bsz:31-102436

Visual Library

NEPOS PAVLI.
Actor.23.

ARGVMENTVM.

Lyſias à Pauli nepote de Iudęorum in Paulum coniuratione certior factus, copias parandas curat, quæ Paulum ad Felicem prætorem tutò perducant.

Centurio, Lyſias, Nepos Pauli.

Paulus, is qui eſt in uinculis, me euocatum rogauit, ut hunc ad te adoleſcentulum adducerem: habere enim eum aliquid ad te. L. *Cedo mihi manum, adoleſcentule. Dic mihi hic in occulto, quid habeas quod uelis mihi enunciare.* NEPOS. *Iudæi conſtituerunt petere à te, ut cras in concilium educas Paulum, quaſi aliquid diligentius in eum quæſituri. Sed tu noli eis obtemperare: nam inſidiantur ei homines ex eis ſupra quadraginta, qui* [a] *ſeſe deuouerunt, ſi uel comederent, uel biberent, quin eum interfeciſſent. Et nunc parati, tuum mandatum expectant.* L. *Laudo te, quòd me ſcitè admonuiſti. Diſcedes hinc, & nemini hæc indicabis, quæ mihi demonſtrauiſti. Vos duos centuriones, paratos habete milites ducentos, qui Cæſaream proficiſcantur, & equites ſeptuaginta, haſtatosq; ducentos ad horam tertiam noctis: & iumenta adhibete, ut eò*

[a] xecranda otio, hoc detesta-, eſt, quæ nocēdum ſtituitur.

impoſitum

impoſitum Paulum, ad Felicem prætorem perducant. Ego ad eum epiſtolam ſcribam.

SENTENTIA.

Ficti homines pijs pertinaciſsimè inſidiantur. Sæpe minus eſt in gentilibus iniquitatis, quàm in ijs qui ſe Dei populum gloriantur.

TERTVLLVS. *Actor. 24.*

ARGVMENTVM.

Paulum accuſat Tertullus orator, apud Felicem prætorem. Paulus crimina diluit. Felix cauſæ cognitionem differt in aduentum Lyſię tribuni, Paulũq; iubet remiſsius cuſtodiri.

Felix præſes, Tertullus orator, Paulus, concio Iudæorum.

ADeſt hic reus ille Paulus, Anania pontifex, et uos ſeniores. Supereſt ut ueſter orator accuſet. TER. *Quòd maxima pace per te fruimur, quodq́; tua prudentia hæc prouincia rectè adminiſtratur, nobis omnino gratiſsimum eſt, optime Felix: & agimus gratias quàm poſſumus maximas. Sed ne tibi diutius ſim moleſtus, quæſo ut nos pro tua æquitate paucis audias. Inuenimus hominẽ hunc peſtilentem, & ſeditiones omnibus ubique terrarum Iudæis concitantem, ac ſectæ Nazarenorum principem, eò uſq; ut etiam fanum profanare conatus ſit. Eum nos cõprehenſum, uoluimus ex noſtra lege iudicare. Sed*

 interceſsit